


PROPRIUM MISSARUM
IN USUM ECCLESIARUM
UNITARUM DIŒCESEON
TERGESTINÆ ET JUSTINOPOLITANÆ



RATISBONÆ
TYPIS FRIDERICI PUSTET
S. SEDIS APOSTOLICÆ ET S. RITUUM CONGREGATIONIS TYPOGRAPHI

A d p r o b a m u s.

Ex Curia Episcopali Tergestino-Justinopolitana


Tergesti, die 7 Martii 1931

† Aloysius Fogar Episcopus

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 17 Martii 1931

Dr. Höcht Vic. Gen.



PROPRIUM MISSARUM

IN USUM ECCLESIARUM UNITARUM DIŒCESEON

TERGESTINÆ ET JUSTINOPOLITANÆ

FESTA DECEMBRIS

Die 6 Decembris

S. Apollinaris Mart. Terg.

Duplex majus

Missa In virtute, de Communi
unius Martyris 3 loco, præter
Orationem sequentem:



Oratio P
ropitiare, quæsumus,
Dómine, nobis indígi-
nis fámulis tuis, per
sancti Apollináris Már-
tyris tui mérita gloriósa: ut ejus
pia intercessióne ab ómnibus
protegámur advérsis. Per Dómi-
num nostrum.

Et fit Commemoratio S. Nicolai
Ep. et Conf., ut in Missali hac die
et Feriæ.

Evangelium Si quis venit ex
Missa Státuit, de Communi unius
Mart. 1 loco.

In Cathedrali Tergestina dici-
tur Credo.

Secreta C

Munéribus nostris, quæsumus,
Dómine, precibúsque sus-
céptis: et cœlestibus nos munda

mystériis, et cleménter exaudi.
Per Dóminum.

Et fit Com. S. Nicolai, et Feriæ.

Postcommunio C

D a, quæsumus, Dómine, Deus
noster: ut, sicut tuorum com-
memoratiōne Sanctórum tem-
poráli gratulámur officio; ita per-
pétuo lætémur aspéctu. Per Dó-
minum nostrum.

Et fit Com. S. Nicolai, et Feriæ.

FESTA FEBRUARII

Die 9 Februarii

S. Nicephori Martyris

Duplex

Missa In virtute, de Communi
unius Martyris 3 loco, cum Ev-
angelio Si quis vult, de eodem
Communi 2 loco.

Et fit Commemoratio S. Cyrilli
Ep. Alexandrini, Conf. et Eccl.
Doctoris et, in Quadragesima, Fe-
riæ in Missis non conventionalibus
ac legitur ejus Evangelium in
fine. Et dicitur Credo, ratione
Commemorationis S. Doctoris.

FESTA APRILIS

Die 12 Aprilis

S. Lazari Martyris Tergest.

Duplex majus

Missa In virtute, de Communi
unius Martyris 3 loco, præter
Orationem sequentem:

Oratio P

Quásumus, omnípotens Deus:
ut ánnua gloriósi Mártyris tui
Lázari solemnitáte gaudéntes;
eius précibus et intercessióne pla-
cátus, gáudiis nos fáciás pérfrui
sémptérnis. Per Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Comme-
moratio Feriæ in Missis non con-
ventionalibus.

Evangelium Si quis vult, ex Mis-
sa Sacerdótes, de Communi unius
Martyris 2 loco.

Secreta C

Munéribus nostris, quásumus,
Dómine, precibúsque sus-
céptis: et cælestibus nos munda
mystériis, et cleménter exáudi.
Per Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Comme-
moratio Feriæ, ut supra.

Postcommunio C

Da, quásumus, Dómine, Deus
noster: ut, sicut tuórum com-
memoratióne Sanctórum tempo-
ráli gratulámur officio; ita perpé-
tuó lätémur aspéctu. Per Dómi-
num nostrum.

Et, in Quadragesima, fit Comme-
moratio Feriæ, ut supra; et de
ea legitur Evangelium in fine,
juxta Rubricas.

Tempore Paschali, Missa Pro-
texisti, de Communi Martyrum 1
loco, cum Orationibus ut supra.

FESTA MAJI

Die 11 Maji

Ss. Alexandri I Papæ et Martyris
Patroni minus principalis Diœce-
seos Justinopolitanæ, **et Eventii**
ac Theoduli Martyrum

Duplex majus

Missa Sancti tui, de Communi
Martyrum Tempore Paschali 2
loco, vel pro votiva extra Tempus
Paschale Sapiéntiam, de Com-
muni plurimorum Martyrum 2
loco, cum Orationibus ut infra:

Oratio P

Præsta, quásumus, omnípotens
Deus: ut, qui sanctórum tuó-
rum Alexándri, Evéntii atque
Theodúli natalitia cólimus; a
cunctis malis imminéntibus, eó-
rum intercessiónibus, liberémur.
Per Dóminum.

Secreta P

Super has hóstias, quásumus,
Dómine, benedictio copiosa
descéndat: quæ et sanctificatió-
nem nobis cleménter operétur, et
de Sanctórum nos solemnitáte
lætificet. Per Dóminum.

Postcommunio P

Refécti participatióne múnneris
sacri, quásumus, Dómine, De-
us noster: ut, cujus exséquimur
cultum, intercedéntibus sanctis
tuis Alexándro, Evéntio et Theo-
dúlo, sentiámus efféctum. Per
Dóminum.

Die 24 Maji

S. Servuli Martyris Tergestini

Duplex majus

Tempore Paschali, Missa Prote-
xisti, de Communi Martyrum 1
loco, præter Orationem ut infra.

Extra Tempus Paschale, Missa In virtute, de Communi unius Martyris 3 loco, item cum Oratione ut infra, et Evangelium Si quis venit, de codem Communi 1 loco.

Oratio P

Deus, cui servire regnare est: præsta, quæsumus; ut, intercessione beati Sérvuli Mártyris tui, tibi júgiter famulantes, pátriæ cælestis gáudiis perfruámur. Per Dóminum.

In Cathedrali Tergestina Credo.

Secreta C

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúsque suscéptis: et cælestibus nos munda mystériis, et cleménter exaudi. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio C

Da, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, sicut tuorum commémoratiōne Sanctórum, temporali gratulámur offício: ita perpétuo lætémur aspéctu. Per Dóminum nostrum.

FESTA JUNII

Die 19 Junii

S. Nazarii Ep. et Conf., Diœceseos Justinopolitanæ Patr. principalis

Duplex majus

In Diœcesi Justinopolitanæ:

Duplex I cl. cum Oct. communi Missa Sacerdótes tui, de Communi Conf. Pontificis 2 loco.

Et fit Com. S. Julianæ de Falc. Virg. et Ss. Gervasii et Protasii Mm., ut in Missali hac die.

In Diœc. Justinop. fit Com. S. Julianæ in Missis priv. tant. et dicitur Credo per totam Octavam.

FESTA JULII

Die 12 Julii

Ss. Hermagoræ Episcopi et Fortunati Diaconi, Martyrum Duplex majus

Missa Intret, de Communi plurimorum Martyrum 1 loco, cum Orationibus ut infra:

Oratio P

Deus, qui nos hodiérna die beatórum Mártyrum tuorum Hermágöræ et Fortunáti multipli facis celebritáte gaudére: tríbue, quæsumus; eórum nos semper piis defensiónibus muniri, et oratiōibus adjuvári. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Joannis Gualberti Abb. et Ss. Naboris et Felicis Mm., ut in Missali hac die.

Secreta P

Múnera humilitatis nostræ, quæ pro sanctórum Mártyrum tuorum Hermágöræ et Fortunáti gloriósa passióne et solemnitáte offérimus, quæsumus, Dómine, cleméntiam tuam, respícre dignare; et ipsorum intercessiōne, tam ad profectum vitæ, quam ánimæ, salutária nobis consuéta miseratiōne proveníre concéde. Per Dóminum.

Et fit Com. S. Joannis et Ss. Mm.

Postcommunio P

Suméntes, Dómine, cælestis dona mystérii: quæsumus; ut sanctórum tuorum Hermágöræ et Fortunáti adjuvémur méritis, quorum solemnitátem celebrámus. Per Dóminum.

Et fit Com. S. Joannis et Ss. Mm.

6* Festa Julii (14, 24), Augusti (28), Octobris (11) et Novembris (3)

Die 14 Julii

Ss. Zenonis et Justinæ Virg.,
Martyrum Tergest.
Duplex

Missa Sapiéntiam, de Communi
plurimorum Martyrum 2 loco.

Et fit Commemoratio S. Bonaventuræ Ep., Conf. et Eccl. Doctoris, ut in Missali hac die, ac dicitur Credo, ratione Commemorationis S. Doctoris.

Die 24 Julii

B. Elii Diaconi, Confessoris, Diœceseos Justinopolitanæ Patroni
minus principalis

Duplex majus

Missa Justus, de Communi Confessoris non Pontificis 2 loco.

Et fit Commemoratio Vigiliæ S. Jacobi Ap. ex Missa Ego autem, de Communi in Vigiliis Apostolorum, in Missis non conventualibus, et S. Christinæ Virg. et Mart., ac legitur Evangelium Vigiliæ in fine.

In Cathedrali Justinopolitanæ dicitur Credo.

FESTA AUGUSTI

Die 28 Augusti

S. Pelagii Martyris
Duplex

Missa In virtute, de Communi unius Martyris 3 loco, cum Evangelio Si quis venit, ex Missa Stáuit, de eodem Communi 1 loco.

Et fit Commemoratio S. Augustini Ep., Conf. et Eccl. Doctoris ac S. Hermetis Mart., ut in Missali hac die, ac dicitur Credo, ratione Commemorationis S. Doctoris.

FESTA OCTOBRIS

Die 11 Octobris

Ss. Sergii, Civitatis Tergestinæ
Patroni minus principalis,
et Bacchi Martyrum

Duplex majus

Missa Sapiéntiam, de Communi plurimorum Martyrum 2 loco, cum Orationibus ut infra:

Oratio P

Sanctórum Mártyrum tuórum nos, Dómine, Sérgii et Bacchi béata mérita prosequántur: et tuo semper fáciant amóre fervéntes. Per Dóminum.

In Cathedrali Tergestina Credo.

Secreta P

Majestátem tuam nobis, Dómine, quæsumus, hæc hóstia reddat immolanda placátam, tuorum digna postulatióne Sanctórum. Per Dóminum.

Postcommunio P

Sacraméntis, Dómine, muniámur accéptis: et sanctórum Mártyrum tuórum Sérgii et Bacchi intercessióne, contra omnes nequítias irruéntes, armis cælestibus protegámur. Per Dóminum nostrum.

FESTA NOVEMBRIS

Die 3 Novembris

S. Justi Mart. Terg., Patr. Princ. Tergesti: Duplex I classis cum Octava communi

Per Diœceses: Duplex majus
Introitus Ps. 20, 2-3

In virtute tua, Dómine, lætábitur justus: et super salutare tuum exsultábit veheménter: desidérium ánimæ ejus tribuísti

ei. Ps. ibid., 4 Quóniam prævenisti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui beátum Justum Mártyrem tuum virtúte constántiae in passióne roborásti: concéde propítius; ut qui ejus festum hodiérna die celebrámus, ejus quoque consórtio perfruámur ætérrno. Per Dóminum.

Et extra Civit. Tergest. fit Com. Octavæ Omnitum Sanctorum.

Léctio libri Sapiéntiæ

Sap. 10, 10-14

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut víceret et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc vénditum justum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi scep-trum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant: et mendáces osténdit, qui macula-vérunt illum, et dedit illi claritátem ætérrnam, Dóminus, Deus noster.

Graduale Ps. 111, 1-2 Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis

ejus cupid nimis. V. Potens in terra erit semen ejus: generátio rec-tórum benedicétur.

Allelúja, allelúja. V. Ps. 20, 4 Posuísti, Dómine, super caput ejus corónam de lápide pretióso. Allelúja.

† Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem
Joann. 12, 24-26

In illo témpore: Dixit Jesus dis-cípulis suis: Amen, amen, dico vobis, nisi granum frumenti ca-dens in terram, mórtuum fúerit, ipsum solum manet: si autem mórtuum fúerit, multum fruc-tum affert. Qui amat ánimam su-am, perdet eam: et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vi-tam ætérrnam custódit eam. Si quis mihi minístrat, me sequátur: et ubi sum ego, illic et miníster meus erit. Si quis mihi minístráverit, honorificábit eum Pa-ter meus.

Credo.

Offertorium Ps. 8, 6-7 Glória et honóre coronásti eum: et consti-tuísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine.

Secreta

Munéribus nostris, quásimus, Dómine, precibúsque suscéptis: et cæléstibus nos munda my-stériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum.

Et extra Civit. Tergest. fit Com. Octavæ Omnitum Sanctorum.

Communio Matth. 16, 24 Qui vult veníre post me, ábneget se-metípsum, et tollat crucem su-am, et sequátur me.

A d p r o b a m u s.

Ex Curia Episcopali Tergestino-Justinopolitana

Tergesti, die 7 Martii 1931

† Aloysius Fogar Episcopus

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 17 Martii 1931

Dr. Höcht Vic. Gen.